



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vera Sapientia Virtvte Et Tranqvillitate Animi  
Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini  
Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum**

**Eucherius <Lugdunensis>**

**Martinus <Bracarensis>**

**Magnus <Wigo>**

**Monachii, 1639**

Cap. IV. Sapientiam Ivstitia complet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10188**

102 D. Martini

ignorantiæ tibi postula im-  
pertiri.

33. Non conturbabit sa-  
piens mores publicos, nec  
populum in se vitæ nouitatem  
conuertet.

C A P. IV.

SAPIENTIAM IV.  
*stitia complet.*

1. **Q**uid est Iustitia, nisi  
naturæ tacitâ con-  
uentio, in adiutori-  
um multorum inuenta? Ju-  
stitia non nostra constitutio,  
sed diuina lex est, & vincu-  
lum societatis humanæ.

2. In hac non est quod æ-  
stime-

stimemus quid expediat: expedit tibi, quidquid illa dictauerit. Quisquis ergo hanc se  
ctari desideras, Deum time,  
prius & ama, vt ameris à  
Deo.

3. Amabilis eris Deo, si in  
hoc illum imitaberis, vt velis  
omnibus prodesse, & nulli  
nocere: & tunc te iustum vi-  
rum appellabunt omnes, se-  
quentur, venerabuntur, &  
diligent.

4. Iustus enim vt sis, non  
solum non nocebis, sed et-  
iam nocentes prohibebis: nā  
nil nocere, non est iustitia,  
sed abstinentia alieni est. Ab  
his ergo incipe, vt non aufe-

G 2 ras,

ras, ut ad maiora proueharis,  
& alijs ablata restituas. Ra-  
ptores quoque ipsos, ne alij  
timendi sint, castiga & co-  
hibe.

5. Ex nullâ vocis ambigui-  
tate controuersiam nectes,  
sed animi qualitatem specu-  
lare.

6. *Tam sanctatibi sit veri-  
tas, ut nihil intersit, affirmes  
an iures. De fide & religione  
scias agi, vbi cunque de Veri-  
tate tractatur; nam si iureiu-  
rando Deus inuocetur, & nō  
inuocanti testis est. tamen  
non transeas veritatem, ne  
iustitiæ transeas legē. Quod  
si aliquando coarcteris ut  
ambig.*

*De vera Virtute.* 105

ambiguo, utere non ad falsi,  
sed ad veri custodiam: & si  
contigerit fidelitatem ambi-  
guo redimi, non mentieris,  
sed potius excusaberis: quia,  
ubi honesta caussa est, iustus  
secreta non prodit: tacenda  
enim tacet, loquenda loqui-  
tur: atque illi aperta & secu-  
ra tranquillitas, ut dum alij  
vincuntur à malis, vincantur  
ab illo mala.

7. Hæc ergo si studere cu-  
raueris, lætus & intrepidus  
cursus tui finem expectabis:  
prospicies hæc tristia huius  
mundi hilaris; tumultuo-  
sa, quietus; extrema  
securus.

G 3      C A P.